

messis sunt enim in ea fere 40 pagi frequentibus incolis referti. Postrema autem hæc missio P. Calmonoto mihiq. obtigit. Quinque menses in ea degimus et sane multa passi sumus, a paucis quidem bene auditi, a pluribus vero moleste, et calumniis et injuriis affecti, sed tamen digressi a primoribus ad reditum invitati. Egregiam ut spero X<sup>o</sup> navabit operam P. Calmonotus in has regiones magnos enim jam fecit progressus in lingua hujus gentis non parum diversa ab lingua huronica. Vir est omnino egregius. . . .